



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 17. Quidam Scriptores ex Protestantibus hoc anno defuncti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. scursum prævium ad Theologiam moralem, quæstiones morales de Sacramentis &c. VII. Nicolaus Lancitius Jesuita, edidit opuscula spiritualia, octo monita pro Nobilitate Polona, gloriam S. Ignatii, & tractatum de inditiis & gradibus profectus in virtutibus. VIII. Stephanus a S. Joanne Evangelista Bruxellensis Carmelita Discalceatus edidit Historiam Antistitum, & Civitatis Ultrajectensis præter Historiam seu crudele Martyrium V. Dionysii, & Redempti Carmelitarum. IX. Ignatius a Jesu ex eodem Ordine Missionarius in Oriente edidit narrationem originis, Rituum & errorum Christianorum S. Joannis Baptistæ, & tractatum adversus triginta quatuor errores eorumdem Christianorum, typis sacræ Congregationis de Propaganda Fide. X. Elias a Jesu Anglus Carmelita Discalceatus elucubravit opus de antiquis Monachis Insularum Britannicæ sub primitiva Ecclesia viventibus, necnon sex tomos sub titulo *Anglia Sancta & Catholica* seu vitæ Sanctorum Britonum veterum & recentiorum.

§. XVII.

*Quidam Scriptores ex Protestantibus
hoc anno defuncti.*

Præter

Præter hos ex Protestantibus quoque Sæc. XVII.
 Scriptoribus nonnulli hoc anno de A. C. 1652.
 nati ob suas lucubrationes celebrantur,
 atque inter eos præprimis Balthasar *Witte Diar.*
 Balduinus, qui edidit responsionem ad *Biogr.*
 quæstionem: *ubi vera Religio ante Lu-*
Ebert. Leor.
erud.
Hofmann.
 theri tempora fuerit? alium etiam librum *Lex. Freker*
 vulgavit sub titulo: *Papa & Papatus*
Theatr.
erud.
proprio gladio jugulatus. II. Jeremias
 Reusnerus scripsit disputationes de fato,
 præmiis & pœnis, hospitatione mili-
 tari, exemptione Clericorum, & de
 consuetudine, præter decadem contro-
 versiarum juris. III. Jacobus Grossius,
 edidit Triadem Propositionum Theolo-
 gicarum, Antichristum Orientalem ex
 vaticiniis Prophetis, Anti-Primum
 contra Papam, Vindicias Lutheri, Com-
 parationem Germaniæ cum Nebucad-
 nezare, & Currum Pacis spiritualis.
 IV. Jacobus Godofredus prælo subjecit
 sua commentaria in Philostorgi Histo-
 riam Ecclesiasticam, & in Tertullia-
 num, scripsit quoque de interdicta Chri-
 stianorum cum gentilibus communione,
 de imperio maris, de electione Magi-
 stratus, & velandis mulieribus, præ-
 ter alia juridica opuscula. V. Clau-
 dius Salmasius, edidit librum de Pri-
 matu Papæ, de regionibus & Ecclesiis
 suburbicariis contra Sirmondum, no-
 tas in Tertullianum de Pallio, confu-
 tatio-

Sæc. XVII tationem notarum larvati Theologi in
 A. C. 1653 differtatione de Trapezitis, præter alia
 quam plurima sat erudita opuscula.

§. XVIII.

*Imperii comitia Ratisbonæ conti-
nuata.*

Pufend. l. 3. Inter præcipua, quæ in comitiis Ra-
§. 49. tisbonensibus agitabantur, negotia
Pfanner l. 1. præprimis componebatur acrior con-
§. 7. & seq. tentio Suecos inter & Brandenburgicos;
Tulden. Hist. postquam enim Cæsar datis ad Sueciæ
temp. l. 2. Reginam literis eidem denuntiaverat,
 quod Suecis nec investitura, nec suf-
 fragii, nec Sedis facultas in Imperii
 comitiis esset concedenda, nisi prius
 Electori Brandenburgico ulteriorem Po-
 meraniam reddiderint, Sueci quidem
 Cæsareo hoc decreto offensi, discessum
 e Ratisbonensi conventu simulabant,
 jactatis etiam belli minis: nihilominus
 tamen die decima octava Januarii ha-
 bito Stetini Procerum conventu, om-
 nis controversia fuit composita, & die
 decima sexta Junii Pomerania Brande-
 burgicis fuit tradita. Decisis quoque
 aliis controversiis Electores, postquam
 de modo & ordine sedendi, & proce-
 dendi in Collegio Electorali invicem
 transegerant, omnium consensu ineunte
 Mense Aprili, Romanorum Regem esse
 eligen-